

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter, & quando prædictos effectus Sacraenta operentur. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

- ripi, alia conferunt augmentum illius.
 4. Simil cum gratia sanctificante virtutes infunduntur.
 5. Ex vi cuiuslibet Sacramenti gratia sacramentalis conceditur. Et qua hoc sit.
 6. Quale sit auxilium, in quo gratia sacramentalis consistit.

a. **E**xplícata essentia Saeramentorum, & eorum causa efficiente explicandi sunt illorū effectus, præcipuus, & primarius est gratia iustificans, cùm ad sanctificandam populum sint Sacraenta instituta. Omnia igitur Sacraenta noua legis quantum est ex se gratiam iustificantem conserunt; ob hunc enim finem Christus Dominus a instituit, ut aperte colligatur de Sacramento Baptismi, Ioan. 3, ibi nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei. Et de Sacramento Confirmationis. Actor. 8. per manum impositionem dabatur Spiritus sanctus. De Sacramento Eucharistie habetur Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, quod esse non potest nisi per gratiam. De Sacramento Pœnitentie dixit Christus, Ioan. 20. Quorum remissio peccata, remittentur eis, & quorum retinuerit rete, erunt. De Extrema Vnctione, Iacob. 5. Oratione fidei saluabit infirmum. De Ordine, 2. Timoth. 2. vt resuētes gratiam, quæ est in te per impositionem, & tandem de matrimonio dicitur ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, Præterea hac veritas definita, & declarata est a Trid. *sess. 7. can. 8. & 9.* Vnde iam non licet de hac re dubitare absque manifesto heresis periculo. Si pluribus Patrum, & Conciliorum testimonios extornerit Sayrus, lib. 5. de Sacram. c. 1. art. 5. Valen. t. 4. disp. 3. q. 3. punc. 1. Egid. de Coninc. q. 62. art. 1. dub. 1. Suar. ibi disp. 7. sect. 1. & alijs.

2. Sed non caret difficultate quale sit hoc auxilium ex vi sacramenti concilium? Nam si est auxilium efficax, inde inferri videtur ritè baptizatum, v. g. non esse gratiam amissum, quia nunquam gratia amittitur posito efficacij auxilio ad eam conseruandam. Si vero auxilium Sacramenti concilium sufficiens tantum sit, non videtur specialis fauor esse illius concessio. Tum quia auxilium sufficiens nemini denegatur a Deo. Tum quia oratione, & penitentia, aliique virtutum actibus potest a Deo impetrari etiam superabundans. Proper hæc dicendum existimo vi cuiuslibet Sacramenti dari auxilium aliquando efficax, aliquando sufficiens, sed abundantius, quam concedetur Sacramento non receptio ad consequendum finem illius Sacramenti, esto oratione idipsum aliquando impetrari possit. Quando autem dandum sit auxilium efficax, vel sufficiens superabundans ex voluntate Dei pender. Sacramentum enim folium operatur, vt ex vi illius decur auxilium ad finem ipsius consequendum, siue sit efficax, siue sufficiens. Quòd vero detur determinate auxilium efficax non tam ex sacramento, quam ex voluntate Dei pender. Adeo ideo daretur ex vi Sacramenti auxilium efficax, non inde sit gratiam nunquam amitti posse, quia non est necessarium, vt ex vi Sacramenti detur auxilium in omni tempore & occasione, sufficit si pro aliquo tempore, vñicāque occasione concedatur.

P N C T V M V I I I .

Qualiter, & quando prædictos effectus Sacramenta operentur.

1. Sacramenta operatur suos effectus, cùm sunt in esse per se.
 2. Sed qualiter hoc contingat. Propositur dubitandi ratio.
 3. Dupliciter operari possunt, vel physicæ vel moraliter.
 4. Plures Doctoris firman Sacraenta esse causas physicæ.
 5. Probabilitas est moraliter tantum operari.
 6. Quod evidenter est comparatione gratia Sacramentalis.
 7. Ob maiorem ministrantis deuotionem, si suscipientes aquiliter sunt dispositi gratia non augerur.
 8. Augerit tamen instantie suscipientes maiorem dignitatem.
- i. **S**acramenta operari suos effectus in eo instantie pertinet, in quo consentur esse, certum esse debet, quia sunt signa practica, & consequenter operativa illius quod significant. Arque ita tradit cum D. Thom. q. 62. art. 1. Didac. Nunc. difficult. 7. vers. 5. sententia. Egid. de Coninc. d. 4. n. 62. Suar. disp. 8. sect. 2. §. vltimus ascendi modus. Henr. lib. 1. cap. 19. n. 1. & lib. 2. cap. 9. n. 1. Bonac. disp. 1. q. 4. p. 7. per totam.
2. Sed dubium est, qua ratione id fiat, eo quod in pluribus corum materia, & forma sunt entia successiva, que simul esse non possunt, immo postul debent non esse, vt consecutæ conficiuntur. Deinde prius tempore solet apponi materia sacramenti, quam forma, & è contra, quod valori sacramenti non obstat, si est moralis coniunctio: finita enim prolatione forme Baptismi, v. g. potest puer in aquam immersi, vel è contra prius immergi, quam forma Baptismi proferatur. Quomodo ergo sacramenta signa practica suorum effectuum esse possunt, quando sunt, siquidem corum partes non simul existunt? Preterea si loquamus de gratia sacramentali, ut à gratia iustificante, aliique virtutibus habitualibus distinguuntur, longo tempore post sacramentum receperum conceditur, quomodo ergo sacramentum, quod non est illius causa practica, sed operativa esse potest?

3. Pro

b. Notanter dixi Sacraenta nouæ legis. Nam antiqua non conseruant gratiam iustificantem, sed conseruandam per Christum significabat. Neque huic veritati obstat, quod in circumcisione remittebarur peccatum originale, & actualle, si cum originali esset coniunctum, quia haec remissio, ictu ad presentem circumcisioñis fieret, non virtute circumcisioñis, sed ex fide in Christum venturum, quam suscipiens circumcisioñem, vel eius parentes ex signo poterant abeant, concedebatur, vt latius punct. 1. diximus. Et probat optimè Egid. de Coninc. q. 62. art. 6.

Deinde dixi, Sacraenta nouæ legi gratiam iustificantem causare, quantum est ex se, ut indicaret aliquando impediri ab huius effectus productione, ob incapacitatem suscipientis, qui impedimentum apponit gratia, que illi communicata erat per Sacramentum, si ritè estet dispositus.

3. Sed inter hæc Sacraenta est differentia; nam quedam sunt per se primario instituta ad remissionem peccati, ac proinde ad concedendam recipienti primam gratiam, qualia sunt Baptismus, & Pœnitentia. Non enim remittitur peccatum nisi gratia concedatur, ob quam causa haec vocantur Sacraenta mortuorum, quia communicaunt mortuis in peccato illos exitant ad vitam communicatione gratiae iustificantis. Reliqui vero Sacraenta sunt instituta per se primario ad augendam gratiam, quæ de causa dicuntur Sacraenta viuorum, quia per se expostulant, vt suscipientes viam spiritualem habeant, cum ea suscipiant. Sed non obinde fit, quia haec Sacraenta viuorum aliquando conseruant primam gratiam non ponentibus obicem. Si enim Sacramenta mortuorum ex sua institutione quasi secundaria augent gratiam, cum inuenient suscipientes gratiam possidere, quid mirum quod Sacraenta viuorum ex eadem iustificatione vitam gratia tribuant, si suscipientes mortuos inuenient dispositos tamen gratia suscipiendo? Omnia enim sacramenta gratiam ex institutione significant, ac proinde illam conferre valent, neque gratia prima à secunda, seu ab illius augmentatione efficiat, sed tantum incrementum poterunt ergo omnia Sacraenta ex institutione sua gratiam primam, vel illius augmentationem conferre. Sic docent communiter Doctores teste Suar. 3. p. disput. 7. sect. 2. Egid. de Coninc. q. 62. art. 1. dub. 2. per totum Bonac. disp. 1. q. 4. punc. 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 6. n. 2. Quæ autem dispositio ex parte suscipientium Sacramentum requiratur ad illius effectum in sequentibus explicabimus.

4. Prædicto effectu gratia habitualis annexa sunt reliqua omnes virtutes supernaturales infusa, tam Theologales, quam morales, quia omnes hæc gratiam, ut reginam comitantur, ac proinde Sacramentum causans gratiam ex consequenti causa est reliquarum virtutum, quæ gratiam conseruantur. Colligiturque ex Trident. *sess. 6. c. 7.* & notauit Bonac. disp. 1. de Sacr. q. 4. p. 1. n. 6. Suar. disp. 7. sect. 2. circa finem. Sayrus. lib. 5. cap. 5. art. 2. in principio.

5. Preter huiusmodi gratiam iustificatam, & virtutes infusas, conceditur ex vi cuiuslibet Sacramenti ritè suscipiti gratia quedam, quæ sacramentalis appellatur, eo quod ad consequendum finem illius Sacramenti dirigatur. Sic tradit expressè D. Thom. q. 62. art. 2. quem ferè omnes se-

3. Pro decisione questionis premitendum est duplicitate sacramentum operari suos effectus posse, physicè, vel moraliter. Physicè operabuntur, si causa fuerit realis, & physica effectum, ita ut effectus producti ex vi illius actionis quae caliter producuntur dependentiam à sacramentis habent tanquam à causa à qua accipiunt esse: moraliter vero operabuntur effectus sacramenta, si eorum existentia ex vi diuina promissionis annexi sunt. Deus enim promittens gratiam conferre sacramento positio, ob illius positionem constituit sacramentum signum practicum, seu causam moralem gratiae.

4. Plures grauesque Doctores censem sacramenta non solum causas morales esse suorum effectuum, sed etiam physicas. *Henriq; lib. 1. de sacram. cap. 16. num. 4. Bellarum. lib. 2. cap. 16. n. 4. Sayrus. lib. 5. c. 1. q. unica. art. 5. 6. & 7. Peleant. 3. p. q. 6. 2. art. 1. disp. 1. cont. 3. Suar. disp. 9. sect. 2. verf. dicendum est. Bonac. disp. 1. q. 4. punct. 6. num. 3. Moutent, quia hic modus operandi possibilis est. Ergo credendum est sacramenta concepsum fuisse, siquidem eorum dignitatem excollit, & verbis Scripturae, Conciliorum, & Patrum conformior est. Scriptura enim, Concilia, & Patres assertur homines sacramentis mundari, & sanctificari, illiusque sanctitatis, & munditiae causas esse, veramque sanctitatem continere, qua de morali tantum causa non videntur apte affirmari. Ergo dicendum est sacramenta physicas causas esse. Præterea si sacramenta solum moraliter suos effectus cauferent, eo quod illis positis concedit Deus gratiam promissam, solum essent signa excitantia Deum obligationis quam habet, sicuti Chirographus excitat debitorem pro pecunia promissa soluendum. At hoc fallum est, quia alias sacramenta non essent causa gratiae, & signa practica illius, scilicet Chirographum non est causa pecuniae, neque pecuniam operatur, esto illi exhibito, & manifesto solujo a debitor cuius est Chirographum fiat. Deinde sacramenta veteris legis præcipue circumcisio gratiam moraliter cauferat, quia circumcisio posita parvulis, & adultis remitterebatur peccatum, & gratia concedebatur ex diuina promissione, sed sacramenta nouæ legis altiori modo gratiam continent, & producunt, quam Sacra menta vetera. Ergo non solum moraliter, sed physicè cauferat gratiam debent.*

5. Ceterum probabilius censeo sacramenta nouæ legis solum moraliter suos effectus cauferat. Sic colligitur ex D. Thom. q. 64. art. 1. & tradit Valq. disp. 132. cap. 3. & 5. Egid. de Coninch. q. 62. artic. 4. dub. vniq. 123. Beccan. de Incarnat. cap. 10. n. 14. & alij plures apud ipsos. Moueror primò, quia illa potest obediencia appellata, quæ à Doctribus contraria sententia tribuitur cuilibet creature etiam naturali, ut possit à Deo eleuari ad quemlibet effectum supernaturalem producendum latius percipi non potest, siquidem ea potentia non potest esse ab entitate ipsius creaturae naturalis distincta, sed eadem profutum cum ipsa, alias non ipsa eleuaretur. At quilibet entitas naturalis non est per se causa cuiuslibet effectus supernaturalis, neque ad illum producendum inclinationem habet, alias quilibet effectus supernaturalis respiceret quilibet rem naturalem vt propriam sui causam, à qua dependet posset. Sicut visio beatifica respicit Deum, & creatum intellectum, ipsaque enitas naturalis poteret per se concussum, & elevationem ad supernaturalem effectum producendum, sicuti petit intellectus creatus eleuari ad visionem beatificam. Ergo nequicius Deus facere, vt quilibet entitas naturalis quilibet supernaturalem effectum per se producat, quia nequicius rerum essentias mutare. Ego sacramenta, quæ naturales sunt, nequeunt ad producendum gratiam, ceterisque supernaturales effectus physicè concurrente. Secundò moueror, nam esto supradicta potentia obediencia physica concedenda effec cuilibet rei creatæ, comparatione cuiuslibet effectus, nequaquam in sacramentis locū habere potest, rationem dubitandi in principio factam, nempe sacramenta excepto Eucharistia, esse entia successiva, cuius essentiales partes existere simul non possunt, ac proinde nec physicè caufer. Quod si dicas causare suos effectus per illius puctum indiuisibile terminatum, quo omnia entia successiva terminantur, Obstat, quia illud indiuisibile non est sacramentum, sed sacramenti terminus, ac proinde solus terminus sacramenti propriè erit causa physica, non ipsum sacramentum. Terciò moueror, si possibile est rem, materialem eleuari ad gratiam physicè producendum, negari non potest esse maximum miraculum, & diuinæ omnipotentia opus. At hoc non est concedendum absque firmo fundamento, quod tamen nullum est in Scriptura, Conciliis, & Patribus. Ergo. Deinde necessarium non est sacramentorum dignitati, horum inquit utilitati. Sed absque his causis miracula asserenda non sunt. Ergo non est tribuenda sacramentis physica causalitas. Quod autem hominum utilitati necessarium non sit, quod sacramenta physica concurrant ad gratiam causandam, evidens est, nam utilitas hominum sita non est in modo, quo gratia eis communicatur, sed in ipsius gratie communicatione; parum enim interest hominibus huc gratia

physice, siue moraliter communicetur, dummodo vere comunicetur. Dignitati vero sacramentorum necessaria non est physica causalitas, cum sepè causalitas moralis nobilior sit quam physica, vt colligitur ex illo loco D. August. in P. 63. n. 2. affirmantis mortem Christi Domini poritis tribuendam esse Iudeis parentibus à Pilato Christum crucifixi quam Pilato, & genibus illum crucifigenibus: præcipue cum Physica causalitas non sacramento, sed illius parti seu indiuisibili concedenda sit, & moralis causalitas integrum sacramento tribui possit, quia ad moralem causalitatem sufficit causalitas esse, quod tamen ad physicam causalitatem sufficiens esse non potest, sed physica, & actualis existentia est. Nullum tamen in Scriptura, Conciliis, & Patribus reperi fundatum ad causalitatem physicam sacramentorum adstudiandum sic probo. Quia Concilia, Scriptura, & Patres solum in sacramento esse signa practica gratiae, gratiamque continere, & causare, quod certè de causalitate morali, & non physica potest intelligi, imò necessaria ita est intelligendum Item quia eodem modo dicuntur sacramenta continere gratiam, ac continere diuinam virtutem ad gratiam producendum: sicuti locuti sunt Ambro. lib. 2. de Sacram. cap. 5. & lib. 4. cap. 4. Bernard. de confid. lib. 5. At diuinam virtutem, qua gratia, ceteraque dona supernaturalia producuntur physicè continere non possunt, vt de se constat, sed solum moraliter. Ergo nec gratiam physicè, sed solum moraliter continent. Tum etiam quia sacramenta catenus causalitatem, quatenus merita Christi Domini, & redemptiois premium continent, quia hinc habent virtutem causandam, sed merita Christi Domini non continent physicè, sed moraliter, ergo nec gratiam physicè, sed moraliter causalitatem.

Neque obinde comparanda sunt sacramenta simplici chirographo, que debitor testatur se debitorem esse, quia chirographum non continet debitum, sed illud signat. Non enim debitor ob chirographi manifestacionem solvit, sed ob obligationem, quam aliove haber illud soluendi, cuiusque obligationis chirographum signum est. At sacramenta ex promissione diuina quæ illis annexa est, continent gratiam, siquidem ob eorum positionem ex pacto, & promissione Dei gratia conferunt. Vnde potius sunt comparanda, (vt beate notauit Egid. de Coninch. q. 62. art. 4. n. 131.) bursa plena pecunia aliqui concessæ, vt sibi necessaria comparere, quam audo chirographo. Nam sacramenta plena sunt meritis Christi, quibus graciæ, ceteraque ad vitam necessaria comparare possumus: illis enim sacramentis positivæ diuina potentia efficerit excitatur, & mouetur ad gratiam, supernaturalemque dona concedenda, in qua concessione adeat discrimen maximum nostrorum sacramentorum à sacramentis veteris legis. Nam per sacramenta veteris legis (vt sapientium est) non conferuntur graciæ, sed significabatur conferenda. Quod si aliquid, vt in circumcisione dabatur, non circumcisioni, sed fidei Christi venturi, quam illo signo fulcipientur, vel eius parentes profitebantur, tribuenda erat, ac proinde non ex opere operato, sed ex opere operantis erat gratia concessio. Secus vero contingit in nostris sacramentis, ob qua utpore merita Christi continentia, gratia conferuntur, & ex his soluntur fundamenta contraria.

6. Hæc dicta sunt generaliter de omnibus effectibus sacramentorum, at si loquamur de gratia sacramentali, quatenus à gratia habituali, ceterisque habitualibus virtutibus distinguuntur, certissimum est sacramenta solum vim cauendi morale habere, non physicam. Item quia non sunt, quando gratia sacramentalis, (hoc est auxilium ad obtinendum finem sacramentis) conceditur. Tum quia hoc auxilium physicè à solo Deo in intellectu & voluntate creata sit.

7. Posito sacramenta suos effectus non physicè, sed moraliter cauferat. Dubium est ita cuilibet sacramento suos effectus determinatus corresponteat vt ex dispositione maiori suscipientur, aut maiori ministrantis dignitate nullum incrementum habeat. Omisis variis sententias parum probabilibus dicendum est primo ob maiorem ministrantis devotionem, si suscipientes equaliter sine dispositi effectum sacramenti non augeri, quia sacramenta solum operantur suos effectus ex meritis Christi, non autem ex meritis ministri; alias postea in dignitate ministri corporis efficacia impeditur, quod falsissimum est. Ergo maior, vel minor dignitas ministri non inserta vberiore sacramentum effectum. Præterea nullus alteri mereri gratiam iustificantem potest etiam de congruo præter Christum, alias dormienti augeri gratia posset abiique propria dispositione, vel sacramenti susceptione. Ergo ex dignitate ministri augeri gratiam non potest. Sic D. Thom. q. 64. art. 1. ad 2. Coninch. q. 62. art. 1. dub. 3. num. 49. & seqq. Suar. disp. 7. sect. 5. Bonac. disp. 1. de Sacram. q. 4. pun. 4. Paul. Laymann. lib. 5. trad. 2. cap. 6. n. 6. Fatoe rame dignitatem ministri sapientib; conducere, vt suscipiens sacramentum aptius disponatur ad illius susceptionem, rum excitando deuotionem, rum mouendo Deum, vt dato auxilio efficacius dispositionem promoveat. Sic ex D. Thom. supra colligit Coninch. dub. 3. num. 48.

8. Secundus

3. Secundū dicendum est stante digniori suscipientium dispositione vberiorem gratiam vi sacramenti concedi, quia expediens erat sic institutionem sacramenti factam esse. Tum vt indicaretur sacramentum virtutem habere quasi infinitam, solumque limitari ex suscipientium dispositione. Tum & pricipū; vi suscipientes excitantur ad sacramentum feruentis, & devotus suscipiendum, tum ne dicamus frustra, & inutiliter sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiae recipientem si disponere feruentissimè attritione, cūm ob eam causam nullum speciale effectum obtineat, quem non obtineret remissa attritione dispositum. Sic D.Thom. q.69. art.8. Suar. disp. 7. sect. 5. Bonac. disp. 194. parr. 1. Coninch. qu. 62. art. 1. dub. 5. num. 50. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 6. n. 6. & colligitur aperte ex Trident. sess. 6. cap. 7. didente in sacramento Baptismi recipi gratiam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis proe vult, & secundum vniuersuſque dispositionem: que ultima verba superflua essent, si dignior dispositio vberiorem gratiam non inferret.

P V N C T V M IX.

An Sacraenta cum fictione susceppta recedente fictione suos effectus operentur, ac si ritè susceptra essent?

1. *Duplex fictio in Sacramento contingere potest. Et qualis sit.*
2. *Fictio impediens valorem sacramenti impedit illius effectum.*
3. *Quibus argumentis probetur recedente fictione impidente sacramenti effectum, & non valorem sacramentum effectus suos operari non posse.*
4. *Contrarium ut probabilitus defenditur, & specialiter probatur de Baptismo.*
5. *Idem est dicendum de reliquis sacramentis.*
6. *De Sacramento Eucharistie probabilius est non conferre suum effectum recedente fictione post consumptas species. Secus ante illarum consumptionem.*
7. *Quid dicendum de Sacramento Pœnitentia.*
8. *Satisfactio fundamenta p. 3. adducit.*
9. *An suscipiens sacramentum cum fictione recipere possit maiorem gratiam ex vi sacramenti recedente fictione, quam si ritè suscepisset.*

Implicitio in sacramenti receptione contingere potest. Prima, quæ sacramentum reddit iritum, & nullum. Secunda, quæ solum eius effectum impedit. Exemplum prioris fictionis est, si sit defectus in materia, forma, vel intentione, quia hæc necessaria sunt ad sacramenti valorem. Posterioris fictionis exemplum est, si sitane materia, & forma, & intentione requirita ad valorem sacramenti deficiat dispositio ad illius effectum obtainendum, vt contingit si recipias sacramentum Baptismi, Eucharistie, Ordinis, &c. Post mortale commissum absque illius contritione, vel attritione, recipis quidem sacramentum, non tamen illius effectum. Questio ergo est, an predicta fictione postmodum sublata obtineas effectum quem obtineres, si tempore quo receperisti sacramentum sublara esset:

2. *Quia in re certum est, si fictio sacramenti valorem impedit, nonquam illius sacramenti effectum haberi posse. Quia nequit effectus sacramenti obtaineri nullo postro, sacramentum. Ergo illud sacramentum, quod nullum fuit nullum effectum habere potest. Quod si aliquando sacramentum nullum validum fuit, vt contingit in matrimonio, quod fuit nullum defectu confusus, non est ita vi sonat intelligendum, quia illud ipsum, quod nullum fuit validum esse posse, cum id manifestam inuoluat contradictionem; sed id est dicunt fieri validum, quod nullum fuit, quia loco sacramenti inuolidi validum subrogatur noua materia, forma, & intentione legitima apostola, ac proinde effectus huic sacramento valido correspondebit, non autem sacramento inuolidi suscepito: sic ex omnium sententia tradit Suar. disp. 18. sect. 4. in prin. Agld. de Coninch. qu. 62. art. 1. dub. 5. Bonac. disp. 1. q. 6. parr. 5. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 7. num. 4.*

3. *Quocirca de fictione impidente rautum sacramenti effectum, non illius valorem est quæstio. An ea fictione, seu indispositione sublata sacramentum antea suscepsum suum operetur effectum? Videtur operari non posse, si quia sacramenta sunt signa practica gratiae iuxta recipientis dispositioem, vt tradit Trident. sess. 6. cap. 7. At recipientis sacramentum facile absque nullam ad gratiam dispositioem habet, sed postulat gratia recipienda, impedimentum praebet. Ergo sacramentum receptum, absque illa suscipiens dispositioem nullam gratiam concedere potest. Quod si dicas hoc verum esse eo tempore, quo nulla est suscipiens dispositio, secus vero ea dispositio posita, obstat quia sacramentum non est, quando dispositio ponitur. Ergo eo tempore non potest*

potest habere effectum, quia quod non est, nullum producit effectum. Et quidem de effectu physicè à sacramento producendo eidem est, quia physica causalitas causam existentem requirit. At de effectu moraliter à sacramento producto, sic probo. Nam hæc moralis causalitas sita est in eo, quod Deus ob sacramentum etiam malè suscepsum promiserit suam gratiam suscipienti conferre quoties peccari commisi, & impedimenti appositi punivit. At hæc promissio neque ex Scriptura, neque ex Concilis, neque ex Patribus constat. Et præterea est contraria modo, quem habent sacramenta producendi suos effectus; cuilibet enim sacramenti receptioni suus effectus determinatus responderet secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum cuiusque dispositionem, vt dicit Trident. supra; at effectus sacramenti male recepti determinari non potest. Nam ex ipso sacramento nullam potest habere determinationem, cum omnia Christi merita, que infinita sunt contineat. Ex subiecto recipiente non videatur illam habere possem illius dispositio tempore, quo sacramentum receptum fuit, obstat gratia recipienda. Non igitur ex illa dispositione gratia determinari potest, in quo videtur esse manifesta differentia sacramenti male dispositi collati à sacramento, quod infantibus conferitur. Nam in hiis collatione Deus, quam gratiam sacramentum cauare debet, determinant; quia infantes esto non se propria dispositione ad gratiam recipiendam præparent, illamque determinanti non tam gratia recipienda obstant, conueniens ergo fuit, ut Deas gratia mensuram determinaret. At in sacramento à peccatoribus inique suscepto nulla est occasio huins diuinæ determinationis, cum ipsi gratia recipiēd non solum aptitudinē non exhibent, illiusq; determinationem faciant, cum possint, sed gratia recipienda, illisq; determinationi contradicant. Si vero diccas hanc determinationem gratia sumi non ex subiecti dispositio tempore quo sacramentum recipiunt, sed ex subscripti dispositio, cum obicem tollit, quia tunc sacramentum operatur suum effectum, ac proinde operari illum debere iuxta dispositio subiecti apti ad illius receptionē. Obstar, quia merita Christi Domini mediis sacramentis applicantur. Ergo applicantur, cum applicantur sacramenta, non post ilorum applicationem. Item sublequens dispositio, quo obex tollitur, aliquando est inferior, aliquando remissor. Ergo si effectus sacramenti iuxta futuram hanc dispositionem mensurandus est, nunquam determinationem habebit, quoniam dispositio apponatur. At inconveniens est affirmare sacramento applicatio gratiam non determinat, sed vagam promitti. Deinde ex vi sua voluntatis, & sacramenti applicatione eam gratiam quam concessurus est sublato obice cognoscere posse. Ergo ex futura suscipientis dispositio, determinatio effectus non pendet. Et præterea sequeretur melioris conditionis esse peccatorem inique recipiendum sacramentum, & postea feruenti dolore se ad gratiam recipiendam disponentem, quam iustum remitto dolore, & tepida dispositio sacramentum suscipientem, siquidem ille peccator maiorem gratiam, consequitur, quam iustus non ex vi solius dispositio, sed ex vi sacramenti male suscepit. Quod non videtur probandum. Ergo sacramenta in peccato suscepta nunquam suos effectus ex opere operari producent. Atque ita docet Glossa. in cap. tunc valore de consecrat. disp. 4.

4. *Nihilominus tenenda est communis omnium Scholasticorum sententia, vel altero excepto sacramenta recedente fictione suos operari effectus, quos operentur, si ritè susceptra fuissent. Ratio, qua mouentur est, quia cum omnium sacramentorum effectus hominibus necessari sunt, diuinam bonitatem decet sic ea esse instituta, vt corum effectus hominibus communicentur, quoadcumque ad corum receptionem se disponant. Quod in sacramentis imprimitibus characterem, & quæ semel recepta repeti non possint, effaciens procedit, ac proinde de iis affirmat communis sententia, de aliis sacramentis non est ita certum, neque à Doctoribus probatum, at quia supradicta ratio etiam in ipsis locum habere potest, ea de causa de omnibus affirmandum est suos effectus recedente fictione producere posse.*

Et in primis de baptismo docuit expressè S. August. lib. 1. cap. 10. & 12. & apertius lib. 3. cap. 13. & lib. 9. cap. 3. His enim locis expressè dicit baptismum ab heretico suscepimus incipere valere ad salutem, cum ad pacem, & reconciliationem Ecclesie accedit, operarique in heretico reconciliari peccatorum remissionem, quia sanctum est, & semen Christi, quod iniquitate suscipientium pollui non potest. Quæ verbis facit indicare baptismum suscepimus vi sua gratiam conferre, alias non operaretur propriæ salutem, neque Spiritum sanctum communicaret, neque peccata remitteret, si solum diceretur operari salutem, & peccatorum remissionem, quatenus baptizatum capacem constituit reliquorum sacramentorum, quibus salus & remissio peccati obtainenda sit, quia inde non interfici propriæ operari salutem, & peccata remittere, sed ad ea remittenda, & salutem consequendam disponere. Præterea non operatur integrum animi sanitatem, si peccata commissæ ante baptismum quoad culpam, & penam non delerer.

D. Augu